



Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

50. Tres dies & tres noctes, quibus jejunat Ester.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

Nectere, & in patrios iam remeare lares,
 Quanta trium mentes rapuit tribus extasis horis?
 (a) Prostrati in vultus procubuere suos.

[a] In signum humilitatis corde simul & ore Deum trinum & unum benedixerunt, sicut Abraham, cum ei divina revelarentur mysteria Gen. 18. Fab. Iust. in hunc locum.

SYMBOLUM 49.

Tertio anno imperij fui Assuerus fecit grande convivium Ester. 1.

Tertiis Assueri regno dum volvitur annus,
 Prodigia regales dextra profudit opes.
 Accumunt roseis satrapæ longo ordine mensis,
 (a) Pocula Bacchæ plena liquore bibunt.
 Quas parat ergo dapes rerum Trias ipsa creatrix?
 Nectar & Ambrosiam cœlicus ordo babit.

[a] Erat quidem vinum abundans, non tamen erat, qui nolentes cogeret ad bibendum importunè invitando, vel ad æquales haustus provocando, ut quidam brutaliter faciunt, inquit Richel.

SYMBOLUM 50.

Tribus diebus & tribus noctibus Ester & Iudæi iejuntant, ac
 orant. Ester. 4. & 5. ex S. Aug.

Mente ferox Amanus amans, sitiensque cruoris,
 Isacidum genti bella, necesquè parat,
 Figeris ipse cruci præcelse, hostiique paratae,

In-

(29)

Ingenioquè peris dire Perille tuo,
Terna placent Triadi jejunia , terque profusis
Est populi lacrymis , & prece , mota sui.

S Y M B O L U M 51.

Tres amici Job.

Audientes tres amici Job , omne malum quod accidisset ei , vene-
runt singuli de loco suo ut visitarent eum. Job 2.

DIves opum Job , factus inops , exutus honore,
Infimus in fimo , qui modò summus erat.
Tartarei livore canis , liventia membra
Vix levat , in toto corpore vulnus hiat.
Victorem Sathanæ (a) tres aggrediuntur amici .

(b) Quos sancto victos Flamine Jobe trahis.

(a) Amici Job ienserunt penas in hac vita non infligi nisi pro pravia culpa : Unde Job
gravissime casum , judicarunt gravissimum peccatorem , contra quos Zelo justitia Job
disputat , & demonstrat se non iudicatum a Deo juxta processum justitiae humanae , in qua
quidem ita sit : Sed a Deo , a quo impius sapienter prospera eveniunt , & justis adversa . (b)
Job dum tentatur appetet scientia , que post multa tempora danda erat , spiritu Sancto
eruditus . Chrys. serm. de pat. Job mihi tom. 1. fol. 573.

S Y M B O L U M 52.

Tres Filiae Job cap. 42.

(a) **T**Res natas formâ pariles , non sorte parentis
Nubila post fati tempora , Jobus habet.
Post tenebras , post tot tempestatesque malorum ,

[b]